



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1595. usque ad annum 1600

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1773

VD18 90118677

§. 50. Horrenda Romanæ Urbis inundatio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67263](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67263)

Sæcul. XVI.
A.C. 1598.

gestas complectebatur, apposuerunt: Clementi VIII. Pontifici Optimo Maximo ob rem christianam optime gestam. Ægyptum, Æthiopiam, Russiam ad Religionem receptas, Turcas expulsos, Pannoniam propagatam, Strigoniam devictam, Ferrariam adeptam, quodque Gallix, & Polonix Reges, Hispanix Reginam, omnibus pacem dederit. S. P. Q. R.

§. L.

Horrenda Romanæ urbis inundatis.

Attamen Pontifex vix tertium Romæ diem agebat, cum vigesimo tertio Decembris fluvius Tyberis, qui jamjam assiduis aliquot dierum pluviis aliquantum intumuerat, ob ventorum meridionalium violentiam, qua obstructo fluminis ostio undæ in mare sese exonerare præpediebantur, tam subita inundatione restagnare cœperat, ut ipso Nativitatis Dominicæ festo aucta novis undarum accessibus eluvione tota urbs, omnesque circumquaque campi, arbores, collesque natate viderentur, nam qua parte paulo ante ampla planities lateprata, virentesque campos explicaverat, & Principum rhedæ, ac colonorum currus equis trahebantur, ibi nunc exarsuante Tyberis eluvione undequaque reu-

Spond. &
Ciac. l.c. 259.
Thu. p. 840.

Sæcul. XVI.
A. C. 1598

Bull. Const.
55. to. 3. p. 79.

refusum flumen conspiciebatur, adeo
ut soli montes, & nonnulla editiora
ca reniterent, & homines ubique nau-
gia etiam majora remis agere cogere-
tur, undis ad tantam ascendentibus al-
titudinem, ut etiam illam, quæ sub
Clemente VII. anno millesimo quingee-
tesimo trigesimo contigerat, duobus pa-
mis superaret. Periere in urbe, & agro
mille, & quingenti circiter homines, ge-
gensque armentorum, pecorum, me-
cium, annonæ, aliarumque rerum, a
plurimarum ædium strages decies fer-
me centenis millibus æstimata crede-
batur, atque ob hujus calamitatis vio-
lentiam ventum foret ad desperationem
necessitatem, nisi Clemens Pontifex pi-
terna vere sollicitudine, & charitate af-
flictum populum solatus, atque unacum
Magistratu, aliisque Proceribus cymba
vectus Romanam urbem lustrasset, mi-
sisque in singulas civitatis regiones
viculis eos, qui in suis domibus peri-
clitabantur, transferri, alios tam intra
quam extra urbem cibis, ceterisque re-
bus necessariis adjuvari curasset: cla-
xit præcipue pietas Petri Cardinalis Al-
dobrandini Pontificii Nepotis, aliorum-
que, qui pariter per urbem navigantes
majora adhuc pericula a populo provin-
dis mandatis avertere, ac singulis, quan-
tum poterant, succurrere, necnon cessan-

te diluvio pauperibus, quod repentina undarum sævitia abstulit, christiana pietate suppleri satagebant: nec deerant, qui funestum hunc casum non tam naturali causæ, quam speciali divini Numini consilio adscribere, existimantes, quod Deus hac calamitate gaudium ex recuperata Ferrariensi ditione conceptum temperare voluerit: ipse vero summus Pontifex die vigesima tertia Januarii edito diplomate declarabat, quod hujus eluvionis causam quisque intra semetipsum pervestigare deberet, & ob iniquitates, quæ multiplicatæ sunt nimis coram Deo, peccatorum abyssus abyssum aquarum, & inundatio inundationem provocarit: quapropter unumquemque hortabatur, ut a via mala conversus ad Dominum Deum revertatur, & beatæ Virginis, sanctorumque Apostolorum ope implorata omnes a vitiis abstineant, & virtutum exercitiis incumbant: propterea idem Pontifex ad placandam Dei vindicis iram solennes supplicationes ad Basilicas B. V., & divi Petri indixit, eisque ipsius, omnesque Cardinales, ac Præsules intererant, simulque omnes Christi fideles tam intra, quam extra urbem degentes ad varia pietatis opera hortatus cunctis, sicut in anno Jubilæi, plenam peccatorum condonationem concessit.

Sæcul. XVI.
A.C. 1598.

Hist. Eccles. Tom. LII. Bb §. LI.